



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

3 Ecclesia an succedat in poenam, qua plectitur interficiens presbyterum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- 52 Ordinis fratrum Humiliatorum extinctio  
 53 Fratribus extincti ordinis Humiliatorum, alimentorum assignatio.  
 54 Reservata sunt omnia beneficia extincti, ordinis Humiliatorum.  
 55 Fratres extincti ordinis Humiliatorum

an comprehendantur sub constitutionibus contra Apost. tas editis.

56 Fratrum extincti ordinis Humiliatorum bona, quando ad cameram Apostolicam spectent.

57 Fratres ordinis Humiliatorum, an de bonis per ipsos acquisitis disponere possint

**Q**UOMODO bona ecclesiastica dividendi, distribui, & dispensari debeant, fuit supra tractatum. Sed, quia Gregorius III. super expositione sibi facta decrevit, † quod Episcopus condito testamento hoc solum, quod eum ante Episcopatus ordinem proprium habuisse constitit, relinquere possit, quicquid verò ecclesie ante ipsius consecrationem fuisse constaret, vel in Episcopatus ordine Episcopum acquisivisse, in eisdem ecclesie dominio conservaretur, *cap. i. ext. de testam. cum Episcopis, & aliis ecclesiasticis viris decedentibus super eorundem bonis sæpius graves lites soleant exoriri; ipsis defunctis, quibus bona devolvantur, infra demonstrabitur.*

2 Episcopis † enim decedentibus, de jure communi eorum bona, præsertim post consecrationem acquisita, penes earum ecclesias debent remanere, *cap. cum in officio, eod. tit. cap. sicubi. & cap. quicumque. 12. quest. 5. & etiam in personalibus succedit ecclesia; quia pœna, † qua interficiens presbyterum est plectendus, pars ecclesie, cui præfuit, & alia pars pro ejus anima est distribuenda, cap. presbyteri, ext. de pœn. postea tempore procedente conservari debebat successoribus, vel in ecclesiarum utilitatem converti, cap. quia sæpe, de elect. in 6. cap. presenti, eod. lib. & Navar. in comm. de spol. cleric. §. 10. numer. 1. & 2.*

Sed, quoniam † secundum temporum diversitatem jura variè processerunt, ut trad. Abb. in q. 4. ante fin. Romani Pontifices pro tempore existentes bonorum Episcoporum, & beneficiatorum decedentium, diversorum spoliatorum, † ut ad cameram Apostolicam spectantium, & pertinentium, collectores, vel exactores in variis Provinciis, & locis deputarunt, & constituerunt; qui de illis, tanquam de rebus ad cameram præfate spectantibus donando, & transigendo, ac alias diversimode disposuerunt, ut per extravag. Paul. III. circa princip. de anno 1552. editam, in Bull. Rom. cap. 31. & per Navar. comm. de spol. cleric. §. 5. post princip. ubi idem Paul. motu proprio, testatur ab antiquissimo tempore cetera, dicta spolia cameræ Apostolicæ nomine exacta, & inter jura ipsius cameræ connumerata fuisse: ubi ad amputandas difficultates, quæ in medium afferbantur, motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, declaravit, res, & bona, spolia nuncupata, & in quibuscunque regnis, & dominiis tam citrà, quam ultra montes, & maria consistentia. quæ pro tempore post obitum Prelatorum, & personarum quantumcunque, & quomodolibet qualificatarum, etiam Cardinalatus honore fulgentium, qui, vel nullo condito testamento, vel absque sufficienti facultate, aut,